



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXXVII. De Fratre Menekone Magistro terrae Pruschiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teut.**Conradus à Tierberg Junior XII. Mag. Prov. in Prussia.*

corpus tuum, quo dicto statim apparuit corpus Domini in forma oblatæ, sicut ministratur in altari pendens in aëre, non longe ab ore suo, quod cum vidisset expavit, & dixit: Domine Iesu Christe, si oblatæ hæc est tuum verum corpus, transeat ad me, & aperiens os suum, intravit, & cum inestimabili gaudio sumpxit illud.

## CAP. CCXXVI.

*De**Vita alterius fratribus ibidem.*

**E**odem tempore in dicto castro fuit Wolferanus Saxo, qui dum professionem fecisset in ordine Domus Teutonicae, & vellet proficere de virtute in virtutem, Diabolus invidens felicitati suæ nitebatur modis, quibus poterat, impedire. Unde accedit, quod dum idem frater Wolferanus in prima nocte surget ad orandum, Diabolus apparuit ei visibiliter, & hic, & ille, & ille, continuaverunt singulis noctibus per curriculum unius anni, sic quod Diabolus in diversis formis apparuit illi, & variis machinationibus ipsum inquietavit, & ille viriliter restitit immobilis in Dei servitio perseverans. Revoluto itaque anno cum Diabolus in illusione hac non proficeret confusus destitit, & comparere amplius non audébat.

## CAP. CCXXVII.

*De**Fratre Menekone Magistro terræ  
Pruschiæ.**Fra-*

Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Tent.

Meneko de Querfurt XIII. Mag. Prov. in Prussia.

Fater (a) Menko de (b) Quere-  
vvorde Saxo Magist. Pruschiæ  
XIII. præfuit XI. annis. Quam glo-  
riosus iste fuerit in officio suo, te-  
stantur facta magnifica, quæ se-  
qvuntur. Totus fuit magnanimus.  
Audebat enim aggredi rem ardu-  
am, quam alius temuerit cogitare.  
Unde formidabant ipsum omnes  
adversarii ejus, sic quod nec muni-  
tiones, nec locorum distantia ipsos  
à vindicta sua defendere potue-  
runt.

consuevit corpus Domini sumere, quod non potuit deglutire; Sed resumpta  
eā, dedit ei hostiam consecratam, quam statim deglutivit; perpendens in  
hoc, quod cibum materialē non posset sumere nullo modo. Hoc tempore  
fuit conflictus apud Coloniam Agrippinam, circa Villam (d) Wurmiæ, in  
quo Joannes Dux Brabantie obtinuit victoriam contra Syfridum de Run-  
kel Archiepiscopum Coloniensem, & præter communem populum ex utra-  
que parte mille & CCC. nobiles ceciderunt interfecti.

## ANIMADVERSIONES.

(a) In Privilegio, oppido Hollandensi dato, vocatur Meinhardus, quod  
etiam nomen agnoscit & Hennebergerus.

(b) Comes de Querfurt. Mira de nativitate ejus refert Henneb. Videlicet  
Juta, mater Menekonis, Nobilem sceminam tres filios uno partu e-  
nixam conspicata, & uno viro tot gigni posse liberos, negavit. Sed  
è vestigio secuta est divina Nemesis. Ipsa enim paulo post uno  
partu novem filios, inter quos hic Meneko, edit. Ex his octo ve-  
tulae cuidam in profluentem projiciendos tradit. Accedit oppor-  
tunè ipse Comes; rogat, quid anus portet, quæ catulos se ad flu-  
men portare respondit. Instat ille, ostendat, num ex iis aliqui ve-  
nationibus esse possint idonei. Anus, licet invita, pueros Comiti

Qq 3

tra-

Anno Domini MCCLXXXVIII.  
Nicolaus Papa IV. de Ordine  
fratrum minorum, & Rudol-  
phus, Rex Romanorum regnave-  
runt.

(c) Eodem propè anno Tripo-  
lis est destructa, capitis Christia-  
nis inibi existentibus & occisis;  
Hoc tempore in Almannia in  
Dircefi Leovienſi in villa, que  
dicitur Erkel, quedam puella in-  
cepit vivere sine cibo & potu, &  
sic ultra XXX. annos vixit. Ple-  
banus dictæ villa, obtulit ei obla-  
tam non consecratam die, quo-

Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Meneko de Querfurt XIII. Mag. Prov. Prussiae.

tradit, factum ordine narrat, crimenque deprecatur. Idem postea  
facit & uxor, veniâque impetratâ monasterium ingreditur. *Vid.*  
*Henneb.* in *Comment. ad Tab. Pruss. pag. 53.*

- (c) Synchronismus ille de destructa Tripoli, non habetur in Jeroschino,  
qui videatur fol. 170.  
(d) Wurungen habet Jeroschinus.

## C A P. CCXXVIII.

*De**Ædificatione castrorum Raganitæ  
& scalovvitarum.*

A Nno Domini MCCLXXXIX. idem frater Meneko capiens  
summo desiderio Christianorum fines & terræ Pruschiæ an-  
gustias dilatare, cum omni potentia pugnatorum venit in die B.  
Gregorii Martyris ad terram Scalovvitarum, & ad laudem DEI  
& gloriam in quodam monte supra Memelam ædificavit ca-  
strum Landeshute, quod sonat in Latino custodia terræ, sed nunc  
dicitur communiter Raganita à fluvio vicino, relinquens ibi pro  
defensione ipsius fratrem Bertholdum de Austria, dictum Bru-  
hane, commendatorem, cum XL. Fratribus, & centum armige-  
ris præelectis. Non longè post ædificavit scalovvitarum Ca-  
strum in descensu Memelæ, ut Scalovvitæ conversi ad fidem  
Christi ibidem habitarent.

## C A P. CCXXIX.

*De**Fratre Bertholdo dicto Brubane Com-  
mendatore de Kunningsberg &  
Vita ejus.*

Hic

